quæ celeritate indigent & subit-  
æ sūt: quandā excellentē & pe-  
culiarē uī ingenii existere: sen-  
tentia est Thucydidis. Subita  
ingeniu expeririunt & indicant.  
Ita laudatur uenator: qui suem  
ut supra dictū est tam cōmode  
uulnerauit: ut uno momento  
& suem feram strauerit: & pro-  
duxerit in lucem foetum.

**S**umma tuæ. Duo Car-  
pophori temporibus  
Domitiani fuisse legū-  
tur: alter mango. i. puerorum  
diuenditor. alter iunior fortitu-  
dine clarus. Hunc Domitian⁹



**P**rimus .i. qui principatum & feritate & magnitudine obtinebat. **I**n arce poli arctoi: in  
siluis septentrionis. Nam septentrio maiores feras mittit & saeuiores q̄ aliaē partes orbis:  
Hispania etiā dedit ursum in spectacula: sed eius feræ caput apud illos comburebat: quo  
niam rabiē inesse putabant. **M**olle ignota .i. incredibili magnitudine. **D**ecuisse Hercu  
lem .i. parem esse: quia a nullo magis uidebat posse superari: nisi q̄ ab Hercule: nam Hercu  
les accersebatur ad ea monstra: quæ ab aliis superari nō poterāt. **P**oterat .i. adhuc hēbat  
integras uires absoluta uena  
tione & præmio donatus.

**R**aptus ab it. Taurus qui  
p machinā uexit Domiti  
anū in altū: ut cælo ipositus ui  
deret: nam cū futurū cælum:  
& imortalitātē sibi ipsi uellet  
repræsentare tauro insidens su  
periores scæne ptes in speciem  
cæli confectas petiit æmulatō  
ne Herculis: cuius nomen etiā  
sibi indiderat: nā Alcides appel  
labat: qui taurū ex creta in atti  
cam ducens eius dorso isedisse  
dicit. Cū autē olim Iuppiter in  
formā tauri cōuersus: Europē  
in cretam uexisse ferat: Poeta  
ait maiorē laudē tauri qui nup  
Alciden .i. Domitianū in cælū  
uexerit: q̄ illius qui uexit Euro  
pē: qm̄ & si pars onus utriq̄ fa  
isse uideat: tñ hic altius tulit.

Opus artis .i. non fuit hoc ar  
tificiū nō scænicū & fabulosū  
sed op⁹ pietatis: quia pie & ue  
re factū fuit. Raptus: ex ocu  
lis spectatorum. Alcide .i. Do  
mitianum qui uoluit appellari  
Alcides. Duæ laudes tauri: alte  
ra q̄ tulerit Europē: altera q̄ tu  
lerit Alcide. Stema: nobilitatem. Confer: adæqua: cōpara. Alter sensus est & hic placet:  
ut itelligas Domitianū per mimū æmulatione louis qui olim se in taure conuertit: sū  
pta forma tauri p machinā extulisse Hercule cuius nomē iposuerat ī cælū: quē admodum  
Iuppit taurus factus uexerat Europē: ut sit sensus poetæ maiorē laudē esse Domitiani q̄  
tulerit Hercule in cælum: quē altius tulit q̄ louis: q̄ uexit Europē in cretam p æquora.

**Q**uod pius. Elephas nup in spectaculo adorauerat Domitianum: nā elephanti ut Pli  
nius scribit: tantæ sunt docilitatis ut nō modo submittere genua: & adorā: sed et  
regi porrigere coronas discant. Poeta uult uideri hoc factū esse non domitoris industria  
sed numine Domitiani: cuius sensu elephas submiserit genua.

**L**ambere securi. Tigris data est in spectaculis ab Augusto Cæsare: & nuper a Domi  
tiano mansuefacta: sed cū leonem inspexisset eum lacerauit: uult hoc poeta factum  
uideri numine Domitiani: cui⁹ uicinitate ausa sit id quod in siluis non audebat. **S**ecuri  
magistri: non metuentis feritatem beluæ domitæ. **H**ircano iugo: hircania scythiæ pars  
est: quæ pantheris: pardis: tigribus abundat. **L**ucanus: quas nemore hircano manu dū  
lustra sequunt: Altus cæsum pauit cruor armentoz. **R**ara gloria .i. maxima gloria fe  
rarum quæ prima erat inter tigres magnitudine. **S**æua: reuersa ad feritatem.

Primus in arctoi: qui fuit arce poli.

Strauit & ignota spectandum molle leonem:

Herculeas potuit: qui decuisse manus.

Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum.

Præmia cum laudis ferret: adhuc poterat.

**D**e tauro.

Raptus ab it media qd̄ ad ethera taurus harenā:

Non fuit hoc artis: sed pietatis opus.

Vexerat europen fraterna per æquora taurus:

At nunc Alciden taurus in astra tulit.

Cæsaris atq; louis confer nunc stēma iuuentus.

Par onus ut tulerint: altius iste tulit.

**D**e supplice elephante.

Quod pius & supplex elephas te cæsar adorat:

Hic modo qui tauro tam metuendus erat.

Non facit hoc iussus nulloq; docente magistro:

Crede mihi numen sentit & ille tuum.

**D**e tigride & leone.

Lambere securi dextram consueta magistri

Tigris ab hyrcano gloria rara iugo:

Sæua terum rapido lacerauit dente leonem:

Res noua non ullis cognita temporibus.

Tale nihil. i. congregari cū leone. Inter nos: i. theatro. Plus feritatis: numine Domitiani.  
**Q**ui modo: Ex superioribus Ouidii uersibus: quos aduximus: planum est tauros iritari: & cum petunt aliquem deuitari eorum uulnera obiectis pilis: & uestibus nuptus i. theatro petiit elephantū cornu: a quo prostratus est. Insultat poeta tauro mortuo: q̄ tādē potitus certo obstaculo: quod cum pilas peteret: maxime quærere uidebat: occubuerit. Flāmis: iracundia & iritatione: nam inflāmatum ira dicimus. **A**rdore cornu

Ausa est tale nihil: siluis dum uixit in altis.  
Postquam inter nos est: plus feritatis habet.

**D**e Elephante.

**Q**ui modo per totā flāmis stimulatus harenā  
Substulerat raptas taurus in astra pilas:  
Occubuit tandem cornuto ardore petitus:  
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

**A**ssentatur Cæsari.

**D**ū peteret pars hæc myrinū: pars illa triūphū:  
Promisit pariter Cæsar utraq; manu.  
Non potuit melius litem finire iocosam.  
Odulce inuicti principis ingenium.

**A**d Cæsarem.

**Q**uicquid in orptheo rhodope spectasse theatro  
Dicitur: exhibuit cæsar harena tibi.  
Repserunt scopuli: mirandaq; silua cucurrit.  
Quale fuisse nemus creditur hesperidum.  
Affuit immixtū pecudū genus omne ferarum:  
Et supra uatem multa pependit auis.  
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso.  
Hæc tamen ut res est facta: ita ficta alia.

**D**e Rhinocerote:

**S**ollicitant pauidi dum rhinocerota magistris:  
Se que diu magnæ colligit ira feræ:  
Desperabantur promissi prælia martis.  
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Orphei: qui dicitur laceratus fuisse cyconum mulierum manibus. Describit actionem huius tragœdiæ poeta: & ait ita ueram fuisse laniationem in eo: qui nuper repræsentauit personam Orphei: ut de Orptheo fictum est. Orpheum scripsit etiam Lucanus: de quo Pappianus in Neronem: Et noster tibi præferetur Orpheus. **E**xhibuit: repræsentauit.

**R**hodope: thraciæ mons. **M**iranda silua: idest pulcherrima: uel miranda q̄ artificio ueniret ipse qui sub persona Orphei erat. **I**ngrato urso: quia eius cantu non lenit est. **H**æc res: de hoc Orptheo ita ut uera est: ita ficta alia.

**S**ollicitat. De Rhinocerote & urso. **D**um ira feræ colligit se. i. dum inflammabat: desperabantur prælia a magistris: quia non sperabat posse iritari ad pugnam rhinocerotem.

to potit. i. potius ardore & uehementia cornuū: nam iuenit obstaculū appellat cornutū ardore uehementiam tauri. **S**icut: ut pilæ tollebat. **O**ccubuit: extinctus ab elephato. **D**ū putat elephata tolli: iactari posse. Sic: ueluti pilas obiectas.

**C**um peteret. Domitianus in cætera spectacula reuocauit i. usum munera quæstoria: ubi sua liberalitate fecit præteritatem populi eligendi duo gladiatores paria ex suo ludo quæ nouissime introducebantur aulico apparatu. Cū aut pronunciaisset se unū pardaturū quod populus uellet: aliiq; posceret Mirinū gladiatorē: alii triumphum ipse ductis manibus in partes dissidentes promisit duo. Nō potuit inquit poeta melius finire litem iocosam: q̄ tanta liberalitate & magnificentia. alibi de mirino: Nuper cū Mirino peteretur missio læso.

**Q**uicquid in orptheo: Recitata est Orpheus tragœdia: ut supra Laureolus: ita ut dānat repræsentaret personam

**G**emino ictu. i. forti & uehemēti. Virgilius: Gemino dē talia dorso: uel quoniam rhinoceros habet duo cornua: ut apud Pausaniā solū legi: quorū alterum insigni magnitudine ex naribus extat: alterum superne erumpit exigūū quidem: sed ualidissimū.

**D**orica: Laudat Carphorus: q̄ ita stātes feras superauerit ut nup̄ leo perterrefact⁹ eius dextrā fugiens: cōiecerit se in uenabula aliorū: poti⁹ q̄ uoluerit eum expectare: Dorica: dorienses Althemene duce in Cretā uenerunt p̄ tempora troiana: & condide-

runt. x. urbes. tertium gen⁹ hominū fuit qui Cretam habitauerunt: unde cretenses dorici.

**D**orica uenabula. i. sagittas cretenses: nā e creta optimi calami ad sagittarū usum. **E**t tēneri Carphori. i. adhuc iuuenis. **F**acili: facile succisa. **B**ison: animal qd̄ mittit germāia deforme quidē prolixitate iubarū & reliquo corpore: sed ferum. Bubalus: urū intelligit: nā ex hercinia silua mittuntur uri specie & colore similes bo- b⁹ magna uelocitate: & magnitudine paulo infra elephantum neq; homini neq; feræ inspe- ctæ p̄cunt. foueis capiūtur. Idē bubali dicunt: quā Pli. accuset ip̄eritū uulg⁹: q̄ bubalos appel- let cū i aphrica uri repiantur: aut nulla aut exigua similitudi- ne cū bubus. Corripi: tolle lē- tas moras. Turba: spectatores cōsueuerunt pugnantem ferā plausu excitare ad fugam: mo- net eos poeta nullum eē reme- diū feræ Carphoro pugnan- te: nam & stantem sternit fugi- entem adeo perterret: ut ruat i tela aliorum.

**S**i quis adest. In cætera theatri mūera Domitian⁹ edidit naumachiā: ut scribit Trā epigramma: Aspice q̄ densum tacitæ uellus aquarū. Desuat in uultus Cæsaris inque si- nus. pugna fuit p̄ iustarum classū excitatis undis in speciem pene fluctuū maris. Mo- uet aduenam spectatorem: ubi undæ tanto pe concitant fuisse paulo ante terrā: quod si ei credibile nō sit: expectet tantisper dum cesset naumachia. **V**idebit enī ita quiescere flu- ctus: ut etiam sit miraturus quo pacto in tā exiguo lacu tantæ essent p̄cellæ paulo ante: & utrūq; tandē crediturus miraculū. **S**i quis serus spectator incepta iā pugna & inceptis ludis. **L**ux: dies naumachiæ. Fuit prima in urbe. i. si ante hunc diem nō fuisti in urbe.

**E**nio: furor belli. **R**atibus: classe. Par fretis. i. pelago. i. ne putaueris hic esse mare. **A**equora laxent. i. dum pugna naualis absoluit. Cū uidebis sedatos fluctus dices hic paulo ante erat pelagus & ita credes utrūq; miraculum.

**Q**uod nocturna. Fabulæ Læandri natātis ad Hero amicā rep̄ntata ē i theatro: sed tñ hic q̄ rep̄ntabat fabulā euasit: quā i ea sit Læandrū submersum esse fluctibus. **N**o- cturna unda. i. aqua quā notasti nocturno tēpore. Cæsaris unda fuit: p̄pterea pep̄cit. At unda Neptuni nō pep̄cit Læandro.

Nāq; grauem gemino cornu sic extulit ursorum:  
lactat ut impositas taurus in astra pilas.

**D**e Carphoro.

**D**orica quam certo uenabula dirigit ictu:

Fortis adhuc teneri dextera carphori:

Ille tulit geminos facili ceruice iuuenos:

Illi cessit atrox bubalus atq; bison.

Hunc leo cum fugeret præcep̄s in tala cucurrit.

Inunc & lentas corrip̄e turba moras.

**Q**uid Cæsar in aqua.

**S**i quis adest longis serus spectator ab oris:

Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit:

Nec te decipiat ratibus naualis enio:

Et par unda fretis: hic modo terra fuit.

Non credis: spectes dum laxent æquora martē.

Parua mora est dices: hic modo pontus erat.

**D**e Leandro.

**Q**uod nocturna tibi leandre pepererit unda:

Desine mirari: cæsaris unda fuit.

Cum peteret dulces audax leandrus amores:

Et fessus tumidis iam premeretur aquis:

Sic miser instantes affatus dicitur undas:

Parcite dum propero: mergite dum redeo.

**S**aecula Carpophoræ. Laudat iteꝛ Carpophor⁹: q̄ solus plures feras iterfecerit q̄ oēs q̄ monstra domuisse dicūt. Nullū op⁹. i. nullus labor fuisset hoīb⁹ i monstꝛis. ¶ Tu lisset: natus eēt. Marathon: urbs ē non pcul ab Athenis: ad quā Hercules abegit taurū ex creta amatū a Pasiphae: quē taur⁹ illic postea domuit Theseus: Plutarchus & Diodorus testes: marathon non timuisset: quia eū aprum Carpophorus iterfecisset. ¶ Arcas mænaliū: de apro erimantheo itelligit: quem Hercules iterfecit. ¶ Menalus: mons Arca

### Blanditur Cæsari.

**S**aecula carpophorum cæsar si prisca tulissent  
Iam nullum in monstꝛis urbe fuisset opus.  
Non marathon taurum. nemeæ frondosa leonem:  
Arcas mænaliū nō timuisset aprum.  
Hæc armata manus hydræ mors una fuisset.  
Huic percussa foret tota chimæra semel.  
Ignipedes possent sine colchide uincere tauros  
Soluere & hesionem: solus & andromeden.  
Herculeæ laudis numeretur gloria. plus est  
Bis denas pariter perdomuisse feras.

### De Natatoribus.

**L**usit nereidum docilis chorus æquore toto:  
Et uario faciles ordine pinxit aquas.  
Fuscina dente minax. nexu fuit ancora curuo  
Credidimus rerū: credidimusque ratem  
Et gratum nautis sydus fulgere laconum:  
Lataque perspicuo uela tumere sinu.  
Quis tantas liquidis artes inuenit in undis?  
Aut docuit lusus hos thetis: aut didicit.

### Laus Augusti.

**A**ugusti laudes fuerant committere classes:  
Et freta nauali sollicitare tuba:

mitianus maxie studuerit: ut ei⁹ naumachia classes iustæ & ueræ uiderent: scribit oīa ita repræsentata ac si i mari res gesta eēt ueris classib⁹: tantique artificii fuisse hoc spectaculū: ut ip̄a Thetis aut docuerit hæc pugna aut didicerit: q̄ si inuat ope mortali nō potuisse pfici. ¶ Docilis chorus nereidū. i. doctæ puellæ repræsentates nereides magna docilitate & i genio. ¶ Toto æquore. i. tota naumachia. ¶ Pinxit. i. distinxit & circūscripsit icessu. ¶ Fuscina: tridēs Neptuni & ancorā & remos credidim⁹ eē ueros adeo oīa fuerūt bene re præsentata. ¶ Sydus laco. significat Castorē & Pollucē: qui p̄spera signa sunt nauigantib⁹: loue cōcedente eorū meritis ut Diodor⁹ & Hyginus scribūt. Eorū ortu occidit Helena sydus tēpestuosum & minax: ut scribit Pli. Hora. Sic fratres Helenæ: lucida sydera: Conspicuo: apto: aut docuit: aut didicit.

**A**ugusti laudes. Anteponit naumachia Domitiani classi Augusti q̄ supatus est Antonius: quoniam non modo sit pugnatum: sed etiam nymphæ & alia maris numina repræsentata: & præterea ludi editi qui i terra solēt spectari. lubet igit̄ poeta cōmissa naumachia Claudii quā oli erat celebris: & Neronis unā hæc celebrari. Placet ut poti⁹ intelligas de uera pugna aduersus Anto. q̄ de naumachia quā edidit August⁹: uel certe

dixit. ¶ Hæc armata manus hydræ: de hydra lernæ intelligit: quam octo capita habentem Hercules opp̄ssit. ¶ Una mors. i. uno certamie superasset hydræ: quod Hercules nō potuit. ¶ Chimæra: mōstꝛe quod Solinus montem interpretatur fuisse: domitum a Bellorophōte filio Glauci. ¶ Semel: uno ictu. Ignipedes: tauri euo mētes ignem: custodiebāt uel lus aureum: eos supauit Iason ope Medæ. ¶ Sine colchide. i. siñ ope Medæ: quod non potuit Iason. ¶ Hesionem: filiam Laomedontis: obiectā mōstro marino: & deuinctā saxo liberauit Hercules: cum illac nauigaret una cum argonauti. ¶ Andromedē: Cephei filia fuit regis æthiopum mōstro data eam liberauit Perseus pact⁹ eius nuptias. Hæc erat in Iope portu: Plinius: Ouidius: Propertius: Exoluit duris cantibus Andromedā. ¶ Pariter: eodem certamie. Hercules. xii. perdomuit. At Carpophorus. xx. pl⁹ ergo egit. ¶ Lusit nereidū: Assentatur principi. nā cum Do

de exercitatione classiu Augusti in lucrino lacu intelligit: ubi tota hyeme copias ad bellu siculum auctore Tranquillo exercuit.

**Q**uota pars e: hæc quasi dicat minima pars eorum quæ uidim<sup>9</sup> admiratione digna.

**T**riton: Salaciæ & Neptuni filius: & eiusdem numinis tubicen. **F**eras: quia i mari edidit lusus feræ: & uenationes. **D**omini: Neptuni, solū erat in mari: i quo ludi & uenationes exercebatur. **I**re pedester: placet tamē ut intelligas illas feras natasse: quoniam Tranquillus scribit ita factū esse in naumachia Neronis.

**S**æuis ratib<sup>9</sup>: quæ illic erāt.

**D**iuēs: plena ludorū. **I**n circo: aliquādo dabatur ludi. **F**ucinus: Claudius edidit pugna naualem in fucino marforum lacu: ita ut reuētes pugnare ex littore: nunc adhortationibus: nunc minis in certamine impulerit: repræsentato etiā Tritone tubicine emergente ex medio lacu per machinam Classis rhodia & sicula cōgressæ sunt auctor Suetonius.

**F**ucinus: naumachia Claudi.

**P**igri Neronis: Nero dedit naumachiam aqua marina inducta: in qua natarūt feræ.

**P**igri: quia nulla exercitatio ferme i illis fuit: præserti si cōferant naumachiæ Domitiā.

**S**PERO ME SECVTVR VM  
cutur. Scribit hoc nunc: ut de mū sit editur<sup>9</sup> librum. & hæc epistola appositā est libro confecto. **Q**uis quis de se bene senserit: idest quicumque sibi conscius non sit: & sit uir bonus: non poterit de me cōqueri. **V**eris nominibus: idest nudis nominibus. **C**onstet mihi fama uilius: idest detur mihi fama uiliore genere scribendi. **N**ouissimum: idest hoc ultimum scribendi genus: & infimum: quia tantum i iocis uersatur. **M**alignus interpres. i. absit qui oia interpretat in malam partē. Si meū eēt exēplū. i. si ego eēm prim<sup>9</sup>: qui i hoc gñe scriberē: & eēm exēplū posteris.

Cæsaris hæc nostri pars e quota uidit in undis

Et thetis ignotas: & galathea feras.

Vidit in æquoreo feruentes puluere currus:

Et domini triton ipse putauit equos.

Dumque parat sæuis ratibus fera prælia nereus:

Abnuit in liquidis ire pedester aquis.

Quicquid & i circo spectatur & amphitheatro:

Diues cæsarea præstitit unda tibi.

Fucinus & pigri taceantur stagna neronis.

Hanc norit unam sæcula naumachiam.

**S**PERO ME SECVTVR VM  
in libellis meis tale temperamētum: ut de illis queri non possit: quisquis de se bene senserit: cum salua infimarum quoque personarum reuerentia ludant: quæ adeo antiquis auctoribus defuit: ut nominibus nō tantum ueris abusi sint: sed etiam magnis: at mihi fama uilius cōstet: & probetur in me nouissimum ingenium. Absit a iocorū nostrorū simplicitate malignus interpres. nec epigrammata mea scribat. Improbe facit: qui in alieno libro ingeniosus est. Lasciuam uerborum licentiam id est Epigrammaton linguam excusarem: si meum esset exemplum: sic scripsit Catulus: sic Marcius: sic Pedit: sic Gætulicus. sic quicumque perlegitur. Si quis tamē tam ambitiose tristis est: ut apud illum in nulla pagina latine loqui fas sit: potest epistola: uel potius titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur: qui solent spectare florales.

10  
**N**on intret Cato theatrum meum: reprehendit sub persona Catonis ille qui cepit legere epigrammata: & statim daret propter lasciuia. nam qui accedit ad ea legenda: ait eum oportere esse certi & constantis animi eorum lasciuia. Immo inquit allecres: ad haec legenda pro lasciuia: postea igitur.

**N**osses: alloquitur saeueros homines sub persona Catonis: ut hunc suum librum non aperiant: si ipsum plegere noluerint: ut Cato fecit: qui ex theatro recessit: ne meretricibus nudis impedimento esset quo minus ludi florales fierent. legitur de Catone: qui cum ludi in honorem florae deae celebrarentur ab meretricibus nudis: ingressus est theatrum: quem cum mulieres uiderunt se nudare noluerunt tanti uiri auctoritate permotae. Cato tunc admonitus ab Cotta: recessit ex ipso theatro: cui mulieres nudae pbari non poterant. Martialis igitur uult suum librum si aperitur etiam ab saeueris hominibus plegi constanter: cum in eo multa bona sint.

**N**on intret Cato theatrum meum: aut si intrauerit spectet. Videor mihi meo iure facturus si epistolam uersibus clausero.

**A**d Catonem.

Nosses iocosa dulce cum sacrum florae:

Festosque lusus: & licentiam uulgi

Cur in theatrum Cato saeuere uenisti?

An ideo tantum ueneras: ut exires?

**A**d Lectorem de se arroganter.

Hic est: quem legis ille: quem requiris

Toto notus in orbe Martialis:

Argutis epigrammaton libellis.

Cui lector studiose quod dedisti

Viuenti decus atque sentienti

Rari post cineres habent poetae.

**A**d Lectorem sui libri.

Qui tecum cupis esse meos ubicunque libellos:

Et comites longae quaeis habere uiae:

Hos eme: quos artat breuibus membrana tabellis.

Scrinia da magnis me manus una capit.

Ne tamen ignores ubi sim uenalis: & etres

Urbe uagus tota me duce certus eris.

Libertum docti lucensis quare secundum

Limina post pacis: palladiumque forum.

**Q**uicumque: Docet hos ubi sunt libelli sui uenales. Quos: libellos. **M**embrana artat. i. quae exiguo uolumine sunt compacti. **S**crinium: uetustissimum uerbum. i. capsula erat in qua res preciosiores seruabatur: & Mithridates epistolas grauiiores: & Darii unguenta huarunt. **D**a magnis. i. reponere magnos libellos in scriniis. **M**e manus una capit: libri qui possunt capi una manu enchiridia dicuntur. **U**bi sim uenalis: i. ubi sint uenales libri mei. **S**ecundum: secundus scriba fuit Othonis: auctore Plutarco: qui mortuo principe cum ad tempora Domitiani supuixisset: iuncta familiaritate cum Martiale eius carmina usque ederetur legebat: tamquam censor. **A**libi. Martialis: Quod si legeris ista cum diserto: sed nunquid sumus improbi secundo. **Q**uod autem dicat se uenale apud secundum: non mirum: nam bibliopollae erant apud antiquos doctissimi: librosque nouos ab auctoribus rogabant: ut non minus censes essent quam uenditores. non placet intelligas de Plinio secundo. **L**ibertum: Grammatice in liberti maxime floruit. **L**imina pacis. i. post templum pacis. quod condidit Domitianus prope porticum Liuiae.

**P**alladiumque fori. i. post fori iuxta quod erat templum Palladis: ut inquit Papinius. **P**osces & de foro nuper condito a Domitiano intelligere: quod postea Neruae est appellatum.

**A**rgiletanas: Librū alloquitur iam exiturū: monetq; eū puenturū ad censuram mul-  
torū: nullāque eē causā cur exeat: nisi quod forte cupit lituras & crebras emēdatio-  
nes dñi euitare. ¶ Argiletū: prope palatiū erat loc⁹ dictus uel a morte Agri: ut Virgilio  
placet: uel ab archilla quæ est terræ genus: quæ illic fodiebat: ut Varro addit: Ibi erāt ta-  
bernæ bibliopollæ: ut i suburra tonsor. De his Horati⁹ hæc ait: Nulla taberna meos  
habeat uel pīa libellos. ¶ Dominæ Romæ: epithetū Romæ est. ¶ Turba martia. i. tur-

ba romanorū: qui habuere ori-  
ginem a Marte. ¶ Nimiū sa-  
pit: nimiū acris ē censuræ. Rō-  
chi: dicuntur strepitus: qui fi-  
unt & oriuntur ex corrugatio-  
ne narium fictitio noīe ab ipō  
sono: eo autem utimur deridē-  
tes: Sunt qui putant a uerbo  
græco trahi: quoniā illi rostrū  
appellant ρογχοσ. ¶ Maiores  
nusquā rōchi: idest nusquā sūt  
maiores deterioris quā romæ.

¶ Et pueri nasū rhinocerotis ha-  
bent: hoc est pducunt mentū  
& rostrum in tantam longitu-  
dinē ac si esset cornu rhinocē-  
rotis. ¶ Basia iactas: idest dum  
iactas te habere basia. ¶ Audi-  
eris cum grande sophos: id est  
cum uerbis laudat⁹ fueris. nā  
illi dicuntur audire grande so-  
phos: qui laudantur: ut alibi:  
Quod tam grande sophos cla-  
met tibi turba togata. Non tu  
Pomponi cœna diserta tua est:  
Tractū ab adulatione græca.

Græci enim cum primum alicuius scripta: uel legerint: uel audierint: statim assentando  
subiiciunt σοφος idest doctus est. Perlius quoq; genere neutro protulit Pegaseum me-  
los. ¶ Audieris grande sophos: id est cum illa simulata & derisoria adulatio secuta fue-  
rit. ¶ Sagum: est uestis militaris & grossioris uili. Romæ iuuenes p lasciuiam: quod Trā-  
quillus: & Iuuenalis indicant quos cōtemnebant supposita ueste in aerem iaculabant.  
Id Nero & Otho aliquando egerunt. ¶ Excusso: iactatione. & maiorem exprimit agitā-  
tium & tollentium aliquem.

**C**ontigeris: Primo epigrammate Cæsarem alloquitur: ne uideatur conscius mo-  
gē. Cillius scripsisse lasciuia: rogatque ut & hilari fronte legat: cum soleat minimos spe-  
ctare: & ut ne talem auctorem iudicet qualis est pagina. ¶ Supercilium: idest grauitatē  
& superbiam. ¶ Consueuere iocos uestri quoque fere triumphī: Non debes damnare  
iocos nostros lasciuos: quoniam in uestris triumphis est iocorum licentia. Nam milites  
triumphantē sequentes incondito carmine multa ioculariter canere solebant: Nō mo-  
do in alios: sed in ipsum principem: ut cæsariani in Cæsarem: Gallias subegit Cæsar: Ni-  
comedes Cæsarem: & fere æquo animo. ¶ Materiā dictis. i. argumētum iocis: nā de ip-  
so duce aliquādo iocantur. ¶ Ducē: principē. ¶ Thymele: mulier fuit quæ pma saltationē  
docuit. unde & Thymele apud græcos latine significat histrionicā: idē datū nomē uxo-  
ri latini minimi. Latinus fuit minimus Domitiani: q aut recitadis diei fabulis ut scribit  
Trāquillus: cœnati principī: aut iocis: & nōnunq; pulsatione Thymeles ritum puocabat.

**A**d Librum suum.

**A**rgiletanas mauis habitare tabernās:

Cum tibi parue liber scrinia nostra uacent.

Nescis: heu nescis dominæ fastidia Romæ.

Crede mihi nimium martia turba sapit.

Maiores nusquam ronchi iuuenesq; senesq;

Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Audieris cum grande sophos: dū basia captas:

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Sed tu ne totiens domini patiare lituras:

Ne ue notet lusus tristis arundo tuos.

Aethereas lasciue cupis uolitare per auras.

I. fuge: sed poteras tutior esse domi.

**A**d Cæsarem.

**C**ontigeris nostros cæsar si forte libellos:

Terrarum dominum pone supercilium.

Consueuere iocos uestri quoq; fere triumphī.

Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Qua thymelem spectas derisoremq; latinum:

**I**lla fronte: idest libera & soluta curis. **I**nnoctuos: non scelerati auctoris. **V**ita enim uerecundia est.

**D**o tibi naumachiam: Distichon est fictum ex persona Cæsaris respondētis Martia  
li mittēti libꝛe: & dicētis esse intēpestiuū: cū occupat⁹ sit ī edēda naumachia: nisi for  
te uelit carmina aquis mandari. hoc enim sæpe dicit a Martiale: cum uult ostēdere car  
mina sua nō esse legenda. In tertio: Cursorē sexta tibi Ruffe remisimus hora Carmina:

Illā fronte precor carmina nostra legas.  
Innoctuos censura potest permittere lusus:  
Lasciua est nobis pagina uita proba est.

**A**d Marcum.

**D**o tibi naumachiam: tu das epigrāmata nobis:  
Vis puto cum libro marce natate tuo.

**Q**uid Leo Cæsaris.

**A**ethereas aquila puerum portare per auras.  
Illesum timidis unguibus hæsit: onus.  
Nunc sua cæsareos exorat præda leones:  
Tutus & ingenti: ludit in ore lepus.

**Q**uæ maiora putas miracula: summus utrisq;  
Auctor adest, hæc sunt cæsaris, illa iouis.

**D**e Columba stellæ:

**S**tellæ delitium mei columba  
Verona licet audiente dicam:  
Vicit maxime passerem catulli.  
Tanto stella meus tuo catullo:

**Q**uanto passere maior est columba.

**D**eciani dogma laudat.

**Q**uod magni thrasæ consumatiq; catonis:  
Dogmata sic sequeris: saluus ut esse uelis:  
Pectore nec nudo strictos incurris in enses:  
**Q**uod fecisse uelim te: deciane facis.

lumbā stellæ. i. opus Passeri Catulli: Nā catullus defleuit passerē amicæ mortuum carmi  
ne: quod passer inscribitur. **V**erona: patria Catulli. **M**eus: mihi amicus.

**Q**uod magni Thrasæ: Decianus laudat qui grauitatem stoicam secutus: & uirtutē  
summū bonum iudicans exitus Thrasæ & Catonis non probat: quoz uterque  
stoicum se professus morte laudem quæsiuit. Pulchrius inquit est laudari ob uitam: q̄  
ob mortem. **T**hrasæ: temporibus Neronis ex libro quem Munacius edidit de reb⁹  
Catonis: incensus est studio stoicæ disciplinæ: adeo ut cum damnatus a Nerone: solutis  
uenis moreretur: magna cōstātia suorum fletum cōpescuerit: libarique sanguinem lo  
uī liberatori. Patauinus fuit: postea Iunius Rusticus: quoniam eius laudem ediderat: &  
appellauerat sanctissimum damnatus est a Domitiano. Cato Antipatris **T**yrionis præce  
ptore usus: stoicam disciplinā hausit: uticæ ne ī potestatem Cæsaris ueniret: sibi mor  
tem consciuit. **S**ic: ea moderatione. **S**equeris dogmata: id est disciplinam. **C**ōsu  
mati Catonis: id est perfecti. **U**t uelis esse saluus: id est ut uelis laudem ex bene acta  
uita: & non ex morte.

quē madidū nostra tulisse re  
or. Nō aliter mitti debuit: iste  
liber. **D**o tibi naumachia i.  
edo naumachiam. **V**is nata  
re cū tuo libro: tu īquit uis hic  
mergi una cū tuo carmine: quū  
fis intempestiuus.

**A**ethereas aquila: ludebant le  
pores in ore leonis illesi.  
Compat aquila leoni: & Gany  
mede leporibus. **O**nus: Gāy  
medes. **U**nguibus timidis: ne  
lederēt Ganymedē. **E**xorat le  
ones. i. orādo īpetrat ueniā &  
uitam. **Q**uæ maiora miracu  
la putas aquilæ: an leonis. quasi  
dicat utrūque potuit fieri: q̄  
hæc sunt miracula Cæsaris: il  
la sunt Iouis: & uterque deus  
est: nā Domitianus deus uolu  
it appellari: auctor Traquill⁹.

**S**tellæ delitiū: Stella poe  
ta patauinus amauit Vio  
lentillā neapolitanā: quæ cum  
amisisset colūbā: quā habebat  
in delitiis & fleret: præbuit ar  
gumētū stellæ cōficiendi opis  
de morte colūbæ qd̄ opus co  
lūba īscribit. **T**estat hoc ue  
nus apd̄ Papinium de stella lo  
quēs: Hic nræ defluit fata co  
lūbæ. anteponeit Martialis co



**Facili sanguine: facilitate mortis. plus enim est bene agere in vita: quam se interficere: nam hoc cuius licet: & in promptu est.**

**Bellus homo: Bellus diminutivum a bono. magnus & bellus non conveniunt. Deridet Cottam qui volebat dici bellus: cum magnus esset. cum magno enim minimum non convenit.**

**P**erit Venustus: Damnat & carpit Venustum avaritiæ: quod vellet ducere Maronilla vetulam propter divitias.

**T**ussit: id est cito moritura est. Tussit verbum respondentis Martialis.

**Quæ data: Ebrietatem Sextiliani equitis accusat. de quo paulo post: Sextiliane bibis. Equites inter iudices numerabantur. lege cornelia. Legibus primum cautum fuit: ne supra. c. in conviviis consumi liceret: inde privatim prescriptum est equitibus: cum chimum & falernum & reliqua vinena reiecta moderatione Cæsaris & Crassi in magnum precium provenissent: ne supra. x. numismata equestri epulo impendere possent. nunc Sextilianus bis decies numismata solum bibebat. **C**alda: antiquè utebantur in mensa & gelida & calida aqua. Iuvenalis: Gelidæ calidæque minister.**

**I**tur ad Herculei: De hoc Regulo multa apud Plinium in epistolis: & non nunquam eius reprehensione. hic causidicus habebat ad quartum lapidem & nemus & porticum: in qua cum gestaretur paulo post statim eo egresso corruit: unde inquit Regulum fuisse: curæ diis. **G**elidas arces: nam tiburum est cæli frigidissimi. **H**erculei: quia Hercules tiburum colebatur. **C**ana albula: albulae aquæ sunt in agro tiburtino: quæ maxime vulneribus medentur ut Plinius & Strabo.

de his Papinius: Iunctis fornacibus anis Ridet anhelantes vicino flumine limphas. quæ albulam hoc loco pro tyberi accipiunt falluntur. **R**udis: non elaborata & polita. **A**ntiquas umbras: id est tempora antiqua. **Q**ua pene: quasi. **N**imirum: si non corruit: dum illic erat Regulus. **T**imuit fortuna querelas: quia fortuna non potuisset sustinere nostram invidiam & querelas nostras qui amamus te. **S**unt tanti pericula: sensus est: placet factam esse iacturam in porticu collapsa: nam periculum ipsum quod Regulus evaserit aperto testimonio: quod sit curæ diis: tanti est faciendum: ut iactura porticus placere debeat. **S**tantia tecta probare: id est si tecta porticus stetit: non poterat ostendere

**Nolo virum facili redimit qui sanguine famam: Hunc volo laudari: qui sine morte potest.**

**Vocatur in Cottam**

**Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo est Cotta: pusillus homo est.**

**De Gemello & maronilla.**

**P**etit gemellus nuptias maronillæ: Et cupit: & instat: & precatur: & donat. Adeo ne pulchra est: immo fedius nihil. **Q**uid ergo in illa appetitur: & placet: tussit.

**Ad Sextilianum potorem.**

**C**um data sint equiti: bis quique numismata: **Q**uam bis decies solus sextiliane bibis? **I**am defecisset portantis calda ministros: **S**i non potares sextiliane merum.

**De Regulo.**

**I**tur ad herculei gelidas qua tyburis arces: **C**anaque sulphureis albula fumat aquis: **R**ura nemusque sacrum dilectaque iugera musis: **S**ignat vicina quartus ab urbe lapis. **H**ic rudis æstivas præstabat porticus umbras: **H**eu quam bene novum porticus ausa nefas. **N**am subito collapsa ruit cum molle sub illa: **G**estatus biugis regulus esset equis. **N**i mirum timuit nostras fortuna querelas: **Q**uæ par tam magnæ non erat invidia. **N**unc & damna iuvant: sunt ipsa pericula tanti: **S**tantia non poterant tecta probare deos.

deos esse: quibus curæ erat Regulus.

**C**asta suo: Duæ Ariæ fuerunt: altera mater: altera filia: mater dānato Pæto marito fo-  
dit corpus gladio: eundemque ipsa tradēs hac uoce memorabili ufa dicit. Vuln<sup>9</sup> qđ fe-  
ci nō dolet: sed dolet qđ tu facies: qđ uerbū & fortis & pii animi mādatū ē monumētis &  
epistola Plinii: & hoc carmine. Filia uxor fuit Pæti Thraseæ quæ morituro marito exē-  
plum matris meditabatur: ut Tacitus scribit: sed Thraseæ uerbis destitit. de matre nūc

**De Aria & Pæto.**

**C**asta suo gladium cum traderet aria Pæto:  
Quem de uisceribus traxerat ipsa suis.  
Si qua fides: uulnus quod feci non dolet inquit:  
Sed quod tu facies: hoc mihi, Pæte dolet.

**Ad Cæsarem.**

**D**elicias cæsar lususq; iocosq; leonum:  
Vidimus hoc etiam præstat harena tibi.  
Cum prensus blando totiens a dente rediret:  
Et per aperta uagus curreret ora lepus.  
Vnde potest: auidus captæ leo parcere prædæ:  
Sed tamen esse tuus dicitur: ergo potest.

**Ad Iulium.**

**O** mihi post nullos Iuli memorande sodales:  
Si quid longa fides: canaq; iura ualent:  
Bis iam bene tibi consul trigessimus instat:  
Et numerat paucos uix tua uita dies.  
Non bene distuleris: uideas quod posse negari:  
Et solum hoc ducas: quod fuit esse tuum:  
Expectant curæq; catenatiq; labores:  
Gaudia non remanent: sed fugitiua uolant.  
Hæc utraq; manu complexuq; affere toto:  
Sæpe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu.  
Non est crede mihi sapientis dicere uiuam:  
Sera nimis uita est craftina: uiue hodie.

**Ad Auitum.**

**S**unt bona: sunt quædā mediocria: sunt mala plura:  
Quæ legis. hic aliter non fit auite liber.

& uendicata gaudia sæpe fluunt: adeo gaudia sunt iconstātia. **V**iuā: differre uitā. Imo  
sic quoque lapsa sinu. i. dū loquor amissimus tēpus uitæ & uoluptates. Persius: Hora fu-  
git: hoc qđ loquor inde est: quasi. d. poteramus has horas non perdere.

**S**unt bona: Dicit se nullo genere epigramatis abstinere ut librū expleat: in quem sen-  
sum dixit: Edita ne breuib; pereat mihi charta libellis. aliter enim liber in iustā ma-  
gnitudinem non uenit. Aliter: id est nisi omni genere epigrammatum congesto. **N**ō  
fit liber: non crescit iusta libri magnitudo.

loquitur. **S**i qua fides. i. si mi-  
hi credere potes.

**D**elicias Cæsar: Laudat cle-  
mētia Cæsar in leone: q  
cū Cæsar sit p̄cit lepori. **L**u-  
sus & iocos: quoniā feræ non  
cedebātur a leone. **B**lādo den-  
te: non lædēt. **V**agus: liber &  
solutus. **V**nde potest. i. quo-  
modo potest parcere lepori-  
bus. **P**otest parcere: q̄a refert  
clemētiā tuam Cæsar.

**O** mihi post nullos: Iulium  
sodalem ætate ingrauescē-  
tem hortatur ad ocium & uir-  
tutē cū uoluptate. nā uera ui-  
ta apud Martialē: nihil aliud ē  
q̄ dare operā uirtuti cū hone-  
sta uoluptate: neque expectā-  
dū esse ait: cū labant̄ dies & in-  
certum sit quid uesper uehat:  
ut Varro scribit. **O** mihi post  
nullos. i. O Iuli inter p̄mos me-  
os sodales. **L**ōga fides. i. lōga  
amicitia. **C**ura cana. i. antiq̄ fa-  
miliaritas. **N**ā tibi istat bis tri-  
cesim<sup>9</sup> cōsul. i. iā nactus sis .lx.  
ānū. antiq̄ terminabāt uitā. lx.  
ānis. **T**ua uita numerat pau-  
cos dies. i. parū dedisti operam  
ocio: & uirtuti: & relaxationi  
animi. i. paucis diebus uixisti.  
**N**ō bene distuleris. i. nō sapi-  
enter facis & differs. **C**atena-  
ti labores. i. ī speciē catenæ cō-  
iuncti: & perpetui. **E**xpectat:  
non abeunt. **A**ssere: uendica  
tibi. **S**æpe fluūt sic. i. asserta:

**C**ogit me: Respondet Tito hortanti ut declamaret potius: q̄ scriberet epigrammata: quoniam declamare esset res magna: negat hoc Martialis: cum etiam coloni sciunt agere causas: quasi uelit ostēdere pauciores scribere epigrammata q̄ agere causas. Res magna est quam facit colonus: quia coloni sciunt agere causas ut interrogando legas: nam quod affirmando legunt alii: non placet.

**Q**uid te Tuca: Auaritiā Tucae carpit: qui cum falernū haberet: miscebat id uinū uaticano uilissimo: & in hoc iocatur. Vinū uaticanum est uappa: uallis uaticanæ iuxta ædem Petri. Des nobis facile ē. i. iugulare nos quos fortasse odisti facile est & ferēdū.

**A**mphora: uas est in hoc loco: alibi est genus mensuræ: ut dicitur Cæsar centū falerni amphoras die sui triumpho dedisse conuiuis. Cadus: eodē modo ut & idem dicit dedisse centum cados uini chii.

**D**ic mihi: in Domitiū cecilianum scribit: eiusdē nominis fuit uir amicissimus Thraseæ. hic uocatis conuiuis boletos solus edebat: eius in hospitalitatem carpit poeta: imprecaturque ut par est tanto uentri & gulæ: ut talem edat boletum: qualē edit Claudius quoniam uenenatus extinctus fuit. de quo Iuuenalis: post quem nil Claudius edit. **B**oletus in gula irritamēta uenit nouissimis temporib⁹. p̄pterea alibi scribit Martialis boletos mittere difficile. Plinius appellat nouissimum irritamentū gulæ. Quod autem dicit d̄ Claudio: sequitur historiam etiam editam a Tranquillo: qui Claudium scribit uenenato boleto esse extinctum. Tacitus tradit ueneno necatum ab Agrippina opera locustæ & misterio Aloti prægustatoris: Demum auxilio Xenophontis medici.

**T**urba uocata spectante: id est spectantibus conuiuis. Imprecabor ut edas talem boletum: qualem edit Claudius quo periit.

**Q**uid peteret regem: Tāgit historiam Porſenæ & Scæuolæ quæ nota est. **R**egē: Porſenā. **S**atellite: id est scriba: nā Scæuola credidit se percussisse Porſenam. **I**niecit se sacris focis: id est iniecit se igni qui ad aras sacras erat. **H**ostis pius: Porſena. **S**atellite: id est scriba occiso. Dionysius nescio quid addit nostrorū monumentis: sed nihil ad hunc locum. Hæc historia repræsentata est in theatro: & propterea scribit epigramma

**Ad Titum:**

**C**ogit me titus actitare causas.

Et dicit mihi sæpe magna res est.

Res magna est tite: quam facit colonus.

**Ad Tuccam.**

**Q**uid te tucca iuuat uetulo miscere falerno?

In uaticanis condita musta cadis?

**Q**uid tantum fecere boni tibi pessima uina?

Aut quid fecerunt optima uina mali?

Des nobis facile est: scelus est iugulare falernū:

Et dare campano toxica saua mero.

Conuiuæ meruere tui fortasse perire:

Amphora non meruit tam preciosa mori.

**Ad Aeliam.**

**S**i menimi fuerant tibi quattuor alia dentes:

Expuat una duos: tussis & una duos.

Iam secura potes totis tussire diebus:

Nil istic quod agat: tertia tussis habet.

**Ad Cecilianum.**

**D**ic mihi quis furor est: turba spectante uocata:

Solus boletos ceciliane uoras?

**Q**uid dignum tanto uentriq; gulæq; precabor?

Boletum qualem claudius edit edas.

**De Porſena & Mutio scæuola.**

**D**um peteret Regem decepta satellite dextra:

Iniecit sacris se peritura focis.

Sed tam saua pius miracula non tulit hostis:

Et raptum flammis iussit abire uirum.

ma. Alibi idem apertius de hac eadem historia repræsentata.

**Q**uid nunc sæua: Idem argumētum quod supra de leone & lepore. Non timeat sen-  
sus est leones nō sœuire in uilem prædā & imbecillam exemplo Cæsaris Domitia-  
ni: q̄ generosi & alti animi ne in hostem quidem paruū & infirmū arma mouet. Dacus  
puer. i. hostis puer. nam dacos domuit. q. d. in hostes debiles Cæsar non sœuit.

**I**nuitas nullū: Cotta habebat balnea & eos inuitabat. quos in balneis mentulatos in

Vrere quam potuit contempto mutius igne:

Hanc spectate manum porfena non potuit.

Maior deceptæ fama est & gloria dextræ:

Si non errasset: fecerat illa minus.

**¶** De Leone & lepore.

**Q**uid nunc sæua fugis placidi lepus ora leonis?

Frangere tam paruas non didicere feras.

Seruantur magnis isti ceruicibus ungues:

Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.

Præda canum lepus est: uastos nō implet hiatus:

Non timeat dacus cæsaris arma puer.

**¶** Ad Cottam.

**I**nuitas nullum nisi cum quo cotta lauaris:

Et dant conuiuam balnea sola tibi.

Mirabar quare nunquam me cotta uocasses:

Iam scio me nudum displicuisse tibi.

**¶** Ad Decianum.

**A**spicis incomptis illum deciane capillis:

Cuius & ipse times triste supercilium.

**Q**ui loquitur curios assertoresq; camillos:

Nolito fronti credere: nupsit heri.

**¶** Ad Faustinum.

**E**de tuos tandem populo faustine libellos:

Et cultum docto pectore profer opus:

**Q**uod nec cecropiæ damnēt pandionis arces:

Nec sileant nostri prætereantq; senes.

Ante fores stantem dubitas admittere famam?

Teq; piget curæ præmia ferre tuæ?

Post te uicturæ per te quoque uiuere chartæ

Incipiant: cineri gloria sera uenit.

**E**de tuos: Hortatur Faustinum: ut edat suos libro compositos: & assequatur lau-  
dē: cū possit uiuens eam assequi. Opus cultum docto pectore: id est ingenio tuo.

**¶** Quod: opus nec damnent arces cecropiæ: nec nostri: nec græci: hoc est opus a græcis  
& a latinis laudandum. Cineri gloria sera: ex sententia Epicuri: qui omnia soli uitæ tri-  
buit. Quicquid inquit expectamus in uita est accipiendum.

spexerat. Volebat enim suba-  
gitari. hi autem iuuenes men-  
tulati: qui alios subagitabant  
drauci dicebantur uerbo græ-  
co quasi agentes δραω latine  
ago. Neque mirandum est in  
his seruatum esse uocem græ-  
cam: quoniam & in his qui pa-  
tiuntur seruata est: nam pathi-  
ci appellantur a πασχω quod est  
patior. Mentulati autē ab his  
qui uolebāt subagitari ex bal-  
neis eligebantur. ut alibi: Ocu-  
lis deuorantibus draucos: hoc  
est: qui auidissime ituebatur:  
& optabat. Scio me nudum  
displicuisse tibi: quoniam ui-  
disti me non satis mentulatū  
ut tibi præstare operā possim.

**A**spicis incomptis: nota bar-  
batum Cynædum: q̄ cum  
socraticus uellet uideri & asp-  
subagitabatur. hoc genus ho-  
minū carpit Iuuēalis: & socra-  
ticos Cynedos appellat: quo  
loco interpretando. nescio qd  
multi garriant. Supercili-  
um: id est grauitatem. Et ip-  
se: qui es stoicæ disciplinæ: ut  
alibi ad eundem: quod magni  
Thralex. & cætera.

**S**extiliane bibis: In Sextilianum bibacem: in quem etiā supra scripsit. **S**ubsellia: sedes erant: & ad id alludit quoniam erat iudex. nam equites inter iudices numerabātur. **B**ibis: quantū quinque subsellia: id est quantum quinque tui collegæ. **C**uneus: multitudo in spectaculo quæ ordine non sedeat. Iuuenalis: Cuneis an habeant spectacula totis. Quod securus ames. Hic accipit cuneum pro ea multitudine quæ stat ante subsellia iudicum. **P**rælis pelignis: id est non habes: nec petis uinum pelignum: quod pessimum est. alibi: Massica peligni mittūt turbata coloni: Nō tu libertus sed bibat illa tuus.

**V**ini opimi: id est uini opimiani. Vinum opimianū dictum ē a. L. Opimio consule: q̄ eo anno gessit consularū: quo Gracchi seditionibus popularibus interierunt: nam eo anno cæli temperie: quæ coctura dicitur magna uini copia & præstātia quod uinum in. cc. annos seruatum est: redactum in speciē mellis: tantæ æstimationis ut amphora centenis nummis ueniret. **A**dhibebantur aliis medicamenta: ut opimiana uiderentur. Alibi Martialis: Fœlix autūnus opimi. Cicero in oratore: & Plinius auctores.

**M**assica cælla: d̄ falerno intelligit: quod nigrum est: quod massicum: alibi a poeta. De sinuessanis uenerunt massica prælis. **L**aletania: prouincia ē hispaniæ: quæ uinum turbidum: & uappam mittit: quam uis n̄ p̄cul sit a Tarracōe: quæ habet optimū uinum: uel Fex laletana: hoc est pete uinum la

letanum: nā eius erat magna copia: quod Plinius scribit. laletana inqt copia: Tarracōne fia elegātia superāt. Mēdosa est dictio ī codice Plinii recētiore Lusitana pro laletana.

**H**esterna nocte: Incaluerat mero Martialis hesterna nocte: iuitauitq̄ Procillū ad cœnā sequētis diei: Procill⁹ uenerat cœnatur⁹: dimittit̄: hoc epigramate ait. n. poeta n̄miū periculosū esse exēplū: si ebrioz̄ uerba p̄odus habeāt & auctoritatē. denique uersu græco ait se odisse cōpotorē memorē uerboz̄: quæ inter pocula exciderit: notās figurate sc̄l⁹ tēporē suoz̄: nā poculo & uino nōnūq̄ extorquebātur hærditates: & testamtoz̄ falsæ signationes: quod alibi apertius indicat. **P**ost. x. pactos quincūces: quincūx est genus mensuræ. **P**eractos: exhaustos. i. postq̄ biberamus. x. quincūces. **E**t tu factā rem: tibi statim putasti. i. tu statim putasti esse factam & paratā cœnam. **V**erba nō sobria: id ē ebria. **S**ubnotasti: tractū a notariis: qui in fidem & obsignationē uerba aliena scribūt. **E**xēplo n̄miū periculoso. i. hoc esset n̄miū periculosū exēplum: si quæ ab ebrio exciderūt eēt notāda *μισω μιν ο υα σ υ μ π ο τ η ν* Procille. i. o Procille odi memorē cōpotozem: hoc est qui tenet memoria quæ medio uini calore iactantur.

**H**esterno: Carpit Acerrā: qui semper in lucem biberet. Vnde iquit qui putat Acerrā fetere mero hesterno errat: nam semper bibit in lucem.

**Ad Sextilianum.**

**S**extiliane bibis quantum subsellia quinque:  
Soluta aqua totiens ebrius esse potes.  
Nec confessorum uicina numismata tantum:  
Aera sed a cuneis ulteriora petis.  
Non hæc pelignis agitur uindemia prælis:  
Vua nec in tuscis nascitur ista iugis.  
Testa sed antiqui fœlix siccatur opimi:  
Egerit & nigros massica cælla cados.  
A caupone tibi fex laletana petatur:  
Si plusquam decies sextiliane bibis.

**Ad Procillum.**

**H**esterna tibi nocte dixeramus  
Quincunces puto post decem peractos  
Cœnares hodie procille mecum.  
Tu factam tibi rem statim putasti:  
Et non sobria uerba subnotasti  
Exemplo n̄miū periculoso.

**De Acerra.**

**H**esterno fetere mero qui credit acerram:  
Fallitur. in lucem semper acerra bibit.

*μισω μιν ο υα σ υ μ π ο τ η ν προκιλλε.*

**F**ama refert: Fideſtinius uerſibus Martialis uolebat uideri poeta: quos recitabat tamquam ſuos. Martialis eum monet ut eos emat ne ſint ſui. Iocatur alibi: Nam quod emas poſſis dicere iure tuum.

**C**hirurgus fuerat: Chirurgus eſt medicus uulnerarius. **U**espillo: eſt ille qui efferit corpora ad ſepulturam: a ueſpere dictus: quoniam maiores ea hora ſepeliebantur. Diſtichon a quo ſit intellectum: non uideo: ut aliam multa: ſed puto hunc eſſe uerum ſenſum.

#### Ad Fidentinum.

**F**ama refert noſtros te fidentine libellos:  
Non aliter populo quam recitare tuos.  
Si mea uis dici: gratis tibi carmina mittam:  
Si dici tua uis: hac eme: ne mea ſint.

#### De Diaulo medico.

**C**hirurgus fuerat: nunc eſt ueſpillo diaulus:  
Cœpit quod poterat clinicus eſſe modo.

#### De Encolpo.

**H**os tibi phœbe uouet totos a uertice crines:  
Encolpus domini centurionis amor.  
Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili:  
Quamprimū lōgas phœbe recide comas.  
Dum nulla teneri ſordent lanugine uultus:  
Dumq; decent fuſæ lactea colla iubæ:  
Vtq; tuis longum dominuſq; puerq; fruatur:  
Muneribus: tonſum fac cito: ſero uirum.

#### Ad Sabidium.

**N**on amo te ſabidi: nec poſſum dicere quare:  
Hoc tantum poſſum dicere: non amo te.

#### De Gellia.

**A**miſſum non flet cum ſola eſt gellia: patrem:  
Si quis adeſt: iuſſæ proſiliunt lachrymæ.

Voſſerat puer crines ſuos phœbo: cum primū dominus factus eſſet primipilaris: rogat phœbum poetā: ut auditis pueri precibus cito faciat primipilarem Aulum pudentem: ut puer iam tenera ætate tonſus colla candida domino ſeruet & oſtendat: ſed tam faciat eum ſero uirum. Ita fiet ut Aulus utatur munere phœbi diu & ipſe. etiam puer: quoniam & hic fiet ſtatim primipilaris: ille ſero uir. Ita Aulus erit diu primipilaris: puer diu mollis. **E**ncolpus: nomen fictum κολπιδος latine ſinus: id eſt amplectendus. **V**ouet: antiqui uouebant crines & barbam phœbo: & poſtea in pixide mittebant: ita egit Nero: ita Earinus apud Papiniū Aesculapio. **P**udens: id eſt Aulus pudēs. **G**rata premia: id eſt primipilatum: quod erat uotum Encolpi pueri. **F**ac cito tonſum: ut Pudens fiat primipilaris. **S**ero uirum: id eſt ſero adultum ut Pudens optat.

**A**miſſum: Gellia lugebat patrem tantum quum adderant teſtes: Martialis inquit eā non lugere ſed eſſe ſtadium laudis & uelle laudari. **I**uſſæ lachrymæ: iuſſæ ab Gellia. **I**uuenalis: In ſtatione paratæ quo iubeant manare loco.

Hippocrates incenſo templo Aesculapii iſtituit medicinam quæ clinice uocatur: ut Varro in rebus diuinis ſcribit. **Q**ui eā exercebant clinici dicebantur. alibi Martialis: Soræ clinici filia labula: ea medicina ſumpſit nōmē: αὐτὸ τῆσ κλινῆσ: quod eſt lectus: & quoniam lectus tam cadauerū eſt: quā ægrotantium: non inepte dicitur: qui efferit cadauera clinicus. Clinici medici erāt in maiore precio: quā chirurgi. Diaulus prius erat chirurgus: nūc factus erat ueſpillo: iocans Martialis ait. ex chirurgo Diaulum factum eſt clinicum: Sed non potuiſſet aliter eſſe clinicus quā elatione cadauerum: ut ridendo dicat Diaulum factum eſſe ueſpillonē: ut ſe quoque clinicum profiteatur: Nam qui efferunt cadauera clinici quoque poſſūt appellari. Cœpit quod poterat clinicus eſſe modo: quia aliter non poterat: cum careret doctrina medici clinici.

**H**os tibi phœbe: Encolpus puer erat Auli pudētis centurionis. Centuriones autē præſidia dignitate primipilares creabantur.

**N**on luget quisquis: inquit Martialis is nō luget qui cupit laudari: sed is uere luget & dolet qui luget clam & sine teste.

**I**ncustoditis: Accusat Lesbiam: quod uellet spectari dum futueret: **P**eccas: futu-  
**E**ris. **T**ua furta: supra: & adulteria. Tibullus: Celari uult sua furta uen<sup>o</sup>. **L**atent:  
abscondita sūt. **M**eretrice: quæ ē turpior mœcha remouet spectantes. Sera: quia hostium  
claudit. **S**ūmenii: sūmenii locus in urbe ad circū lupanaria: unde meretrices dicebātur  
uxores summenianæ. plura in

commentariis in Iuuenalem  
diximus eo loco: Et ad circum  
iussas prostrare puellas. Meni-  
ani autem dicebantur qui ex  
loco edito: quem Meniamū  
dicebant: spectabant. Tran-  
quilus: Pauci ex proximis menia-  
